

Mythologia, Francfort, 1581 - X [68] : De Medea

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[68\] : De Medea](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 07 : De Medea](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[68\] : De Medee](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[68\] : De Medee](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - X [68] : De Medea, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6120>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Formatin-8

Langue(s)Latin

Paginationp. 1051-1052

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Médée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

se elementa cum aliquid procreant. cum vero sempiterna sit hæc generandi ratio, & elementorum natura, Circeen immortalem esse dixerunt. & quoniam vnus corruptio, generatio fit alterius, neque vnquam aliud eiusdem formæ ex illa corruptione nasci potest, sed longè diuersum, finxerunt hanc posse homines in varias animalium formas mutare. Vlysses ab illa non mutatur, cum anima immortalis existens & ab omni corruptione immunis, non habeat principia in quæ dissoluatur, cum diuina quædam facta sit à Deo per se subsistens *αἰα* siue substantia. per hæc igitur immortalem esse animam significarunt, quamuis corpus multis morbis vexetur, & corruptioni denique sit obnoxium.

Ethicè.

Circe libido est, quæ nascitur ex humore & calore in animalibus. hæc titillatio naturæ si nobis dominetur, beluarum vitia in animis nostris imprimi, & pro cuiusq; ingenio modò in Venerem impellit, modò ad iram perducit, modò crudelitatis & improbitatis omnis vim nobis imprimi: quare dicti sunt comites Vlyssis, animæ motus scilicet, in beluas diuersarum formarum conuersi. Sed quoniam ad hoc non nihil impellit vis siderum, dicta est sidera etiam de cælo deducere. at anima quæ prudens & diuina existit, si modò se colligat, nullis horum motuum capitur: neq; tamen sine diuina ope hanc tantam voluptatum periculorūq; multitudinem potest superare. hæc enim per hanc fabulam antiqui innuebant.

De Medea.

Medeam rursus effinxerunt Solis filiam, quoniam plurimum possit bene affecti aeris natura, quæ prouenit è Solis clemētiæ mores. n. & animi motiones corporis temperamentū plerūq; consequuntur. cum igitur Medea sit consilium Idyæ siue cognitionis filia, illa cum vi siderum consentit, quæ etiam deducit de cælo, quia nemo sapiens iure appellari potest: nisi idem viribus planetarum moderetur, sibi que ipsi imperet: opus est autem viro bono & sapienti cupiditatum fluuios refrænare, multa que efficere quæ vulgo videantur admirabilia. at verò qui libidinis, aut voluptatis alicuius causa, solum vertit, patriam que & parentes & coniunctos prodiderit, quæ sunt animæ ratione præditæ consilia, quo pacto non in grauissimas miseras & omnium bonorum iacturâ vno tempore illabetur.

sic igitur opus esse prudentia demonstrabāt antiqui, & omnes sceleratos esse mīseros.

De Iasone.

Significabant rursus per Iasonem, quem à iustissimo Centaurorum Chirone educatum memorant, & artem melendi edoctum, animo adhibendam esse medicinam, quæ prudentia est, ut viri boni, & fortes, & prudētes efficiamur. hunc sequitur cōsiliū sine Medea omnibus carissimis relictis, quoniam prudentia singula consilia debet antecedere. domanda est pertinacia, & superbia, & invidia, & ira, qui omnes animorū motus rationi & prudentiæ & medicinæ animorū sunt subijcendi: quæ nisi subegeris, ipse subigaris necesse est. maximè verò omnium colenda est Deorum immortalium religio, quæ res est omnium virtutum omnisque felicitatis principium. In tot verò labores Iason nauigans incidit, quia prudentia nulla est nisi in difficillimis rebus constituta. qui enim ad multas fortunæ mutationes & vicissitudines intrepidus non existat, hic neque bonus, neque prudens, neque constans iure potest appellari.

De Phryx.

At qui fortunæ vicissitudines ferre æquo animo didicerit, cum omnino cuique ferre necesse sit, ille sapiens cum magna sua utilitate & non sine aliqua gloria existimari solet. Quæ fortunam si quis placidè ferre non potuerit, ille tanquam Helle in mare amplissimum miseriarum delabitur ob mollem & muliebrem animum. Qui verò sapienter rebus præsentibus uti cognouerit, illo proximè ad Deorū immortalium naturam accedere putandus est. Sin imprudenter & superbè abutatur, is ex altissimo dignitatis & potentiæ gradu Deorum consilio tandem deiicitur, quoniam superbos & crudeles odit Deus.

De Argo, & Capra celesti.

Tantopere gratam esse Dijs omnem mortalium beneficentiam demonstrabant antiqui, ut Iouem vel Capram inter sidera collocasse memorauerint, quod sibi lac præbuerit, & nauim Argon, quia tot heroes incolumes in patriam reuexerit. hanc consilio Palladis factam fuisse inquirunt, ut per hoc significarent omnem beneficentiam, quæ quidem cum ratione suscipitur, gratam esse Dijs immortalibus, maximèque laudabilem;

quæcumque